nostram iniunctum est. Vtitaq; hoc nostrum propositum tandem aliquai optatum euentum sortiatur, Mandamus Ser. Fid. vrib, vt absq; vl: la mora et cunctatione, domos et areas in decreto nostro specificatas ex potestate Judaica in possem suam recipiant, recuperatasque Patribus eiusdem Societatis Jesu, quibus eas speciali diplomate nostro contulimus (quemadmodum id iam antea priuatis tracta: tibus manu stipulata Fid. vrs promiserunt) dimittant atq; resig: nent, qui etiam incompensam Sci et structuris rum Fid. vrib. ami: ce agent et faciles sese prebebunt. Curentq; omnino vt quam: primum Patres in possem earundem bonorum, arearum et Sinago: gae per nos confiscatae, eisdemq; concessae veniant atq; cultum di: uinum ibidem inchoent. Pro gratia et sub graui animaduersio: ne nostra secus ne fecerint.

Donatio Juris caduci

Sigismundus etc. Significamus etc.

Quod cum nobis esset relatum, decessisse non ita pridem hic Cra: couiae quendam N. Jesierski dictum, nullis successoribus legiti: mis relictis, cuius bona iure caduco ad nos fiscumq; nostrum de: uoluta sunt, habentes rationem meritorum Venerabilis Pauli Scer: bicz Canonici Varsauiensis Secretarij nostri, eidem omnia bona eius: dem N. Jesierski dari donari esse duximus, prout iam eximere damus donamus, Concedentes eidem Paulo Scerbicz plenam potes: tatem et facultatem eadem bona praedicti N. Jesierski vbicunq; locorum reperta fuerint, a quibusuis eorum detentoribus iure pe: tendi, tollendi, et in vsus suos conuertendi. In cuius rei etc.

Mandatum ad Cons. Marieburgen.

Sigismundus etc. Significamus etc.

Famatis Proconsuli et Cons. Ciuitatis nostrae Marie: burgen. Fid. nobis dilectis gratiam nostram Regiam Fa: mati Fid. nobis dilecti Dederamus antea literas man: datorum nostrorum ad Fid. vrab. vt de prouentibus ciuitatis Communitati rationem reddant. Cui quidem Voluntati nostrae satisfactum et ne responsum quidem Communitati ad eorum petita et nostra mandata datum, Sicusq; non esse non pos: sumus nisi grauiter ferre. Cum autem ex nouo nobis Com: